



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Nvm. 3. Cultus, & vestes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

N V M. 3. *Cultus & vestes.*

Proceri erant omnes Galli, ideóque Romanos contemnebant; *Cæsar*, *Hirtius*. *Candidi* lactea colla auro innectuntur, *Virg.* Comam alebant, *Strabo*, *Liuius*. Capillos duriores reddebant vt coma arre-cta stare posset, *Diodorus*. Aurea ferè seu flaua cæsaries. Barba promissa, *Liuius*: *Diodorus* tamen ait Nobiles genas radere, barbam autem sicalere, vt cibo potúque inficiatur.

VESTES eorum: 1. Sagum, Virgatis lucent sagulis. 2. Vestis fissilis manicata ad nates demissa *vn Instacorps*. Dimidiásque nates Gallica palla tegit. 3. Bardocucullo Santonico utebantur. 4. Braccas induebant vel laxas, vel circum extensas. 5. Vestem ex lanâ, lanâ vocabant, seu vt vult *Casaubonus* Chlenam.

N V M. 4. *Arma.*

Scutum longius, sed breuius ornatum animalium formis paulum extantibus, item & corallio. *Liuius*, *Polybius*, *Plinius*.

Galea ærea paulo eminentior dicta *Mirmillonium*, in qua quadrupedum & volucrum effigies, itémque cornua, *Diodorus*.

Gladus longus, grauis, sine mucrone, malè fabricatus, ex molli ferro, *Liuius*, *Plutarcho*, *Polybio*: ærea catena ex dextro latere pendens, *Diodoro*: Corallio ornatus, *Plinio*.

Currus Rostratus: Couinum Belgis, aliter *Essedum*. In pace *Rheda* erat virorum, *Petorium* fœminarum.

Tela variis nominibus dicta *Gæsa*, *Cataya*, *Materis*, seu *Meris*, *Cæsari* *Matura*. At *Groffæ*, & *Spari* leuiores sagittæ.

Cansbus item pugnant, *Strabo*, & *Diodorus*.

N V M. 5. *Domus & Lectus.*

Domus sæpe in syluis, aliquando ad flumina æstus vitandi gratiâ Stramento eas operiunt, *Cæsar*. Rotundæ sunt magno imposito fastigio, *Strabo*. Ianuas numquam claudunt, *Stobæus*. Villas habent, sed nullis mœnibus sepras, imò & vrbes muris cingere à Græcis *Massiliensibus* tantùm didicerunt.

Lectus. In terra super strato gramine dormiunt, *Cæsar*. In ferarum pellibus, *Polybius*.